

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm**

**Bonagrata <von Habsheim>**

**Friburgi Brisgoiae, 1665**

Occvltvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

nitio relinquatur: secus autem si determinatè, ut si testator ordinet expendi decem florenos in decem pauperes per aliquè Fratrem Minorem nominandos, id est, unum florenum pro quolibet paupere, qualis electio statui nostro minimè repugnat.

*Plura de his V. Professio.*

## OCCULTVM.

324. *Notorium & occultum, Clausula Privilegiolorum.*
325. *Notorium, Manifestum & famosum seu publicum què differant?*
326. *Notorium aliud juris, aliud facti.*
327. *Notorium facti declaratur.*
328. *Debet esse publicum evidenter maiori parti Communitatis.*
329. *Occultum quid, & quotuplex?*
330. *De hoc Modernorum opinio. 331. Verior sententia. 332. Auctoritatibus comprobatur.*
333. *Facultas cum clausula, si casus fuerit occultus, prodest solum pro foro conscientie.*

324. **I**urisdictio & facultates, quas per Privilegia Regulares accipiunt ad absoluendum & dispensandum à peccatis, censuris, pœnis, Irregularitatibus, Impedimentis, &c.

CCC.  
XXIV.  
*Notorium & occultum Clausula Privilegiolorum.*

Gg 5

mentis, &c.

mentis, &c. sicut ad interioris fori cancellos communiter restringuntur, ita & limitationem frequenter habent, si casus sint occulti, & non notorij. Operæ pretium igitur est scire quid *notorium*, quid *occultum* dicatur, quæ coniunctim hîc explicabo, ut contraria iuxta se posita clarius innotescant.

CCC-  
XXV.

*Notorium, manifestum & famosum seu publicum qui differtur*

325. Est verd animadvertendum inprimis, diuersum quid esse Peccatum *publicum* seu *famosum*, à delicto *notorio*. Nam *famosum* vel *publicum* esse potest id, quod vnus vel duo tantum viderunt in secreto, & postea divulgant, & sic per famam fuit factum *publicum*; *Notorium* autem dicitur, quoad hoc, quod est confessum à parte in iudicio, vel super quo est lata sententia, quæ transiit in rem iudicatam, aut est aded manifestum, ut nulla tergiversatione celari possit, ut est peccatum eius, qui tam publicam habet concubinam, ac maritus habet uxorem & publicè filios alit. c. *Vestra. de cohabit. Cler. & Mul. Et c. fin. de temp. ord.* Et etiam illud, quod scit euidenter maior pars populi, vicinorum aut collegij; modò in eo saltem sint decem. Itaq; scientia pauciorum, quàm sex, nò facit rem *notoriam*, neq; sex, quando illi non sunt maior pars illius congregationis, cuius respectu illud dicitur

**notorium**

notorium  
communi  
n. 255.  
tum in te  
licet quod  
harum co  
nitur fa  
entibus;  
ioris parti  
vel preum  
cl. r. Man  
Cler.  
326.  
facti. No  
laridica  
nem Re  
tium dep  
istelléque  
impugnari  
tò, quod  
et, exhibe  
tati Maior  
omni loci,  
tari, non  
cipis, que  
tam in ra  
tione esse  
s. aliquen  
no notori

notorium. Ita Nau. in Man. c. 25. n. 75. ex  
 communi, vt ait, sententiâ, qui porro c. 27.  
 n. 255. Publicum quasi pro genere constitu-  
 tum in tria membra diuidit, Notorium sci-  
 licet quod nititur scientiâ maioris partis prædi-  
 ctarum communitatum. Manifestum, quod  
 nititur samâ eiusdem partis maioris, orta a Sci-  
 entibus; Et famosum, quod nititur samâ ma-  
 ioris partis, orta ex vno sciente, vel ex indicijs  
 vel presumptionibus illi aequipollentibus, iuxta  
 Gl. 6. Manifesta. 2. q. 1. Et 6. Vestra. de Cohabitis.  
 Cler.

326. Notorium aliud est *Iuris*, aliud  
*facti*. Notorium *Iuris* est, quod constat per  
 Iuridicam sententiam vel per Confessio-  
 nem Rei in Iudicio, aut per legitimam te-  
 stium depositionem, quâ res tam clarè ma-  
 nifestèque probata est, vt neque coloratè  
 impugnari possit. Notorium *facti* dicitur il-  
 lud, quod est publicum euentiâ facti, id  
 est, exhibens se omnium oculis vel conspe-  
 ctui Maioris vel saltem magnæ partis ali-  
 cuius loci, vt nullâ possit tergiversatione  
 celari, non solum in ratione actus, ita quod  
 actus, qui est delictum, sit publicus, verum  
 etiam in ratione delicti, ita quod publicè  
 sciatur esse delictum. Vnde licet notorium  
 sit, aliquem Sacerdotem celebrasse, si ta-  
 men notorium non est, illum celebrasse cen-  
 surâ

ccc.  
 xxvi.  
 Notorium  
 juris &  
 facti.

furâ irretitum, Irregularitas illa non censebitur notoria. Similiter si notorium sit aliquem ingressum fuisse in Clausuram Monialium, non tamen est notorium, an ingressus fuerit sine licentia, non censebitur talis ingressus in ratione culpæ notorius. Idem dicendum est in casu, quo delictum & materialiter in ratione actûs, & formaliter in ratione delicti publicè constat, nescitur autem is, qui delictum illud commisit. Navar. cit. c. 27. n. 255. P. Sigism. de Elect. dub. 68. n. 8. P. Philip. in Epit. Caus. Iudic. Regul. p. 1. q. 87. n. 7. In hoc aut regulariter attendendū naturā facti, ita ut si factū de sui natura arguit maleficiū, erit maleficiū notoriū; è contra, dum factum notorium est de natura sua bonum, erit & notorium bonum non attentis circumstantijs extrinsecis & accidentalibus, an notoriæ sint, nimirum, in qualitate delicti. Sed prior sensus est communior.

CCC.  
XXVII.  
Notorium  
facti de-  
claratur.

327. Displicet Tamburino in Decal. l. 9. c. 3. §. 2. n. 10. communis illa doctrina de Notorio facti, quod ex inde videatur sequi-rem diuulgatam apud quinquaginta in Collegio constante ex centum, vel diuulgatam apud quinquaginta milia in ciuitate constante ex centum millibus, fore occultam in collegio vel Ciuitate, quod nemo,

mo, inquit, prudenter credit. Sed inanis  
 est hæc instantia, sicut & illa Syluestri, quæ  
 ponit Nau *tit. c. 25, n. 73.* nihil fore notori-  
 um in magna aliqua ciuitate, cum ferè ni-  
 hil agatur, quod maior pars videat. Nega-  
 tur enim vtraque sequela. Tum quia, vt hæ-  
 bet Nau. multa sunt totà ciuitate euiden-  
 ter vidente, vt obseruatio festi, tormento-  
 rum explosio in oratione publica, & id ge-  
 nus alia. Tum quia multa sunt in magna  
 vrbe, quæ licet non sint ei toti notoria, sunt  
 tamen talia Regioni, Vicinæ aut collegio,  
 quod satis est, vt aliquid notorium dicatur.  
 Non est igitur sensus, qui dictæ doctrinæ  
 affingitur, quasi notorium faciat sola scien-  
 tia partis maioris alicuius Communitatis  
 vniuersalis; neque illa etiam, quam ex Mo-  
 lina refert Tambur *tit. quæ sit in compa-  
 ratione ad Communitatem, quæ si sit octo  
 personarum, notorium faciat, si ex his sci-  
 ant rem personæ quatuor; si constet ex vi-  
 ginti, sufficiat, si septem aut octo; quando  
 ex centum, si quindécim aut viginti, &c.  
 sed cum in Vrbe quantumuis magna, sint  
 Collegia, vel Regiones, &c. plures, noto-  
 rium dicitur, quādo cūque rem scierit  
 ex illo Collegio, seu Regione, in qua de-  
 cem saltem personæ morentur, maior illius  
 pars. Quod alij simplicius asserunt, non  
 respici-*

respicientes ad quantitatem totius vel maioris partis Populi seu Communitatis aut Viciniae, absolute dicunt ex numero scientium definiendum esse Notorium, quorum alij contenti sunt numero trium testium, ad notorium constituendum; alij septem, alij decem requirunt. Nonnulli ad hoc, ut quid notorium dicatur, non solum quantitate adstantium attendunt, sed etiam qualitatem loci publici, ubi factum fuit perpetratum; secundum quos, gestum in domo, non dicitur notorium. Vnde P. Cypr. in c. 7. Reg. lect. 9. vers. Queri potest. arbitratur, quamvis decem aliquando possint constituere communitatem, Conuentum tamen decem vel etiam quindecim fratrum esse potius familias quam communitates; imò quoslibet nostros Conuentus censendos potius familias quam communitates; & consequenter quod vni Conuentui est evidens, non censi debere publicum ( seu notorium, vtrumque enim sic paulò prius coniunctim eodem sensu acceptit ) nisi fortè Conuentus ille esset Primarius & frequentissimus in Prouincia, in quo si quid est euidenter notum omnibus, publicum etiam censetur, &c. Vt superius secundum quam plurimos requiritur qualitas temporis, & aded aiunt, factum de nocte non posse transire

fire in notorium, nisi in certis quibusdā ca-  
sibus, v. g. sono campanæ & similibus. P.  
Philip. vbi supra.

§ 28. Notanter autem dictum fuit, *Noro-  
rium facti debere esse publicū euidentiā facti, &c.  
maiori parti communicatis, &c.* idque singu-  
lariter aduertendum denuō moneo propter  
quædam Priuilegia, quæ facultatem aliquā  
tribuunt in casibus, cum exceptione, si no-  
torij nō sint, quale est illud Martini s. quod  
retuli P. Irregularitas. n. 259.

Dispensandi in omni Irregularitate, etiā  
in illis, in quibus Papa sibi reseruauit vicem,  
vt in homicidio & membrorum mutilatio-  
ne & enormi sanguinis effusione, dummodo  
tamen aliquod illorum non sit notorium, &c. vi  
cuius Portel. in Respons. Moral. p. 1. cas. 6. de-  
fendit dispensationem alicuius Religiosi à  
suo Prælato, ab incurfa Irregularitate ob  
homicidium voluntariū, quod is perpetra-  
uerat in præsentia trium sociorum, qui ho-  
miciidiū illud protinus divulgauerant. Cum  
de hoc homicidio, inquit, tres tantūm sciuerint  
euidenter, & reliqua pars vrbis, quā statim in-  
trarunt, sciuerit, vel potius crediderit ex fama  
solūm: concluditur manifestè, non fuisse hoc deli-  
ctum notorium in vrbe, licet fuerit publicum  
seu publicatum seu famosum, &c.

§ 29. Oc-

CCCXX-  
VIII.  
Deber esse  
publicum  
euidens  
&c.



CCC. 329. Occultum iuxta Sylu. V. Occultum,  
 XXIX. & Panor. in c. Ex tenore de tempore ord. Et in  
 Occultum c. Vestra. de Cohib. Cler. dicitur dupliciter,  
 quid & i. Ut distinguitur contra Probabile, & sic  
 quorūplex est illud quod probari non potest, unde Iudi-  
 cio Dei relinquitur. i. Erubescant. d. 32. Et c.  
 Si omnia. 6. q. 1. 2. Ut distinguitur contra  
 Notorium, & sic occultum est, quod aliqua  
 iergiuersatione celari potest. Nau. alleg. c. 27,  
 n. 259. triplex assignat occultum, 1. quod  
 non est probabile suapte natura, qualia sunt sola  
 mentalia. 2. quod est probabile suapte natura,  
 sed non potest probari, quia coram nemine factū  
 est. Hæc ambo spectant ad primum mem-  
 brum superioris distinctionis. Tertium po-  
 nit Natū quod probari quidem potest, sed adeo  
 à paucis, quod nulla inde fama orta est, nec est in  
 iudicium deductum, quod in dicto cap. Vestra.  
 vocatur panè occultum. Quod, licet hoc  
 plures sciant, quia tamen per Confessio-  
 nem vel probationem legitimam aut eui-  
 dentiam rei notorium non est, velut occul-  
 tum ab Ecclesia toleratur. Ut ex eo capitū-  
 lo liquet, iuncta Gl. Panorm. tum ex c. Scis-  
 titantibus. 15. q. 8. Vbi cum quæreretur de  
 Pont. num de manu Sacerdotis, qui siue de-  
 prehensus in adulterio, siue de hoc solà fa-  
 màm reserptus est, liceat Sacramenta sumere?  
 Responsum fuit, licere, vsquequo iudicio Epi-  
 scoporum

eorum reprobetur. Summarium illius cap.  
 sic habet: De manu Sacerdotis, qui ab Ecclesia  
 toleratur, licite Sacramenta sumuntur. Tum  
 etiam ex c. Cū olim. de Verbor. signif. in quo,  
 cū orta fuisset contentio super verbo, Ma-  
 nifestum, rescripsit Pont. id intelligendum  
 esse Manifestum, quod, vel per Confessionem  
 vel probationem legitime notum fuerit, aut evi-  
 dentia rei, qua nulla possit tergiversatione cela-  
 ri. Vnde Gl. Ibidem Manifestum & Noto-  
 rium pro eodem accipit, & quia Conditor  
 Canonis sic intelligendum rescripsit, sic etiam  
 nos intelligere oportere, cū interpretatio Prin-  
 cipis jus faciat.

330. Recentiores naturam rei potius,  
 quam vsum juris considerantes, occultum  
 diuidunt 1. In occultum per se, quod nihil  
 habet, vnde possit cognosci ab hominibus,  
 vt est actus interior nullo signo manifesta-  
 tus exteriùs. Et occultum per accidens, quod  
 licet ex natura sua cognoscibile sit, de facto  
 tamen non cognoscitur. Istud occultum  
 iterum in tria membra subdiuidunt. 1. Vt  
 opponitur Probabili, quia scilicet etsi ex-  
 ternè factum fuerit, nihilominùs idoneis  
 testibus probari nequit. 2. Vt opponitur  
 Publico famoso, & est illud, quod licet pro-  
 bari possit, nō tamen laborat infamia. 3. Vt  
 distinguitur contra Notorium, & est illud,

Hh

quod

CCCXXX.  
 Recentio-  
 rum opi-  
 nie.

quod etsi probari possit & famâ publicâ proâ  
clamatum sit, nihilominus non est tam cla-  
rum & manifestum, quod tergiuersatione  
celari non possit, quod est non esse notori-  
um facti vel juris.

Isti sicuti distinctionem Occulti multi-  
plicant, ita quæstiones augent, redduntque  
dubias, quarum palmaris est huc spectans,  
quomodo in Conc. Trid. & quibuscunque  
facultatibus Bullarum sacre Pœnitentiariæ  
vel Legatorum, aut quorumcunque con-  
cessis ad absoluendum vel dispensandum  
(omnium enim æqua videtur esse ratio se-  
cundum Nau. alleg. c. 27. n. 255.) occultum  
vsurpari oporteat. Videtur autem commu-  
nis Modernorum Responsio, in prædictis  
Priuilegiis à nomine occulti excludi, non  
solum Notorja, verum etiam quæ per fam-  
am publica seu manifesta sunt, eo quod  
simpliciter occulta dici nequeant, sed solum  
largè. Tales in iure Metaphysicantes (ita  
loquitur Rodriq. to. 2. qq. Reg. q. 6. a. 4.)  
totâ viâ aberrare videntur, cum hoc nomen  
*Notorium*, idem quod *Manifestum* secundum  
communem significet, vt ex Etymologia vo-  
cabulorum clarissimè patet. Atque vtrum-  
que velut occultum ab Ecclesia toleretur,  
nisi, vt supradictum, de hoc publicè per  
Confessionem, vel sententiam aut eviden-  
tiam

etiam rei constet. Non tamen omne publicum est notorium; bene enim potest peccatum esse publicum, à maleuolis publicatū, sine aliqua facti certitudine, aut euidencia, ratione cuius publicationis aliquis infamia est notatus, nec tamen crimen esse notorium, &c.

331. Occultum igitur in præsentī materia regulandum potius videtur secundum terminos juris, tum antiqui, quo, vt supra dictum, vt occultum toleratur ab Ecclesia etiam quod famā publicum est, nisi tale sit ex notorietate juris aut facti maiori parti Comunitatis; cum verò per maximè noui Trident quod *sess. 24. de Res. c. 6.* loquens de ijs, quorū absolutio vel dispensatio concessa vel reseruata est, *liceat*, inquit, *Episcopis in Irregularitatibus omnibus & Suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus; excepta eā, quæ eritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forū contentiosum dispensare, & in quibuscunq; casibus occultis, &c. absoluere, &c.* In his vt cōstat, vnū cōcedit S. Synodus, alterū sibi seu Apostolicæ Sedi reseruāt. Concedit *occulta*, reseruāt autem *deducta ad forū contentiosum*; Insuper verò & homicidium, quod licet ad forum istud non deuenierit, sibi tamen Papa illius dispensationem reseruāt. Quæ duo mem-

Hh 2

brā

CCC.

XXXI.

Verior sensus.

bra cum ex æquo facultates absoluendi ad dispensandi in concessas & non concessas, diuidant, palam datur intelligi, nomine *Occulti*, venire quidquid ad forum contentiosum deductum non est: In quo S. Synodus videtur voluisse præscindere litigia, quæ circa Notorietatem inualuerant, dum quod fama sæpè æpius publicum facit, quasi euidenter passim notum, id à maleuolis tantum excoGITatum vel inuidiosè auctum comperitur, non sine grandi etiam honestissimorum hominum iniuria: prout ante quoque ob extortam super vocabulo, *Manifestum*, contentionem, ut tale in iure non haberetur, nisi quod *notorium* esset, similiter declaratum fuisse, pauld superius memini. Verum de hoc peritiores in iure consulamus, quibus facem præferat Candelabrum Aure. Cuius author agens de Dispensatione ab Irregularitate n. 325. hæc docet: *Quemadmodum Papa in omnibus Irregularitatibus quomodolibet incurfis potest dispensare; sic Episcopus potest primo in omnibus Irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus (excepto homicidio voluntario etiam occultissimo) dummodo talia delicta non sint deducta in iudicium, per Conc. Trid. sess. 24. c. 6. de Ref. Et Sess. 14. c. 7. de Refor. Et tradunt omnes illi, qui post dictum Conc. scripsere. Nau. Maiol. Epis. Scal. Ledesma & tandem*

*Cordub:*

*Cordub. in sum. q. 41. f. 97. & 99. Occultum autem in hac materia, illud est, de jure communi, quod opponitur Notorio & Manifesto; aded quod delicta non notoria, nec in iudicium deducta, etiamsi sint nota multis, possunt dici occulta, &c.*

*Similiter & Fortel. in dub. Reg. V. Abbas. in add. n. 2. Quoniam Trident. inquit, limitat, dummodò hæc sint occulta & non deducta ad forum contentiosum, Nota, non requirere Concilium, vt illa quinque (videlicet censuræ, simonia in beneficijs, Irregularitates, Priuatio officiorum vel beneficiorum iam obtentorum, & inhabilitas ad ea) vel aliquod illorū sint omninò occulta, ita vt à nemine sciantur. Quamuis enim ab vno, imò & à multis sine cognita, adhuc poterit Episcopus & proinde Prælatu Regularis absoluere vel dispensare, si non sint deducta ad forum contentiosum.*

*Idem explicatius, etsi aliquantum dubitanter Bassæ. 10. 1. V. Irregularitas. 11. n. 5. Occultum, ait, hîc dicitur delictum, non solum quod est per se occultum, sed etiam quod licet de se probabile sit per testes, non est tamen notorium vel famosum: Et tamdiu dicitur occultū, quamdiu non est notorium, vel per confessionem criminis factam in iudicio, vel per sententiam iudicis, vel per facti ipsius euidentiā in ciuitate, populo, collegio, vicinia, vel loco. Notandum insuper*

Hh3 est

est non satis esse, ut delictum sit notorium, quod  
 actus, qui est delictum, sit notorius, sed delictum  
 ipsum in quantum delictum debet esse notorium,  
 Posset alicui videri, quod Tridentinum magis  
 extense accipiat hoc loco, occultum, dum quasi  
 specificans, quidnam censeat occultum, dicit in  
 concessione, quam facit Episcopis ad dispensandū  
 in Irregularitatibus & suspensionibus omnibus  
 ex delicto occulto provenientibus, & addit: ex-  
 ceptā eā, quæ oritur ex homicidio voluntario, &  
 exceptis alijs deductis ad forum contentiosum:  
 qua exceptione videtur insinuare tādū aliquod  
 delictum manere occultum, ad hoc ut in Irregu-  
 laritatibus ex eo ortis possit per Episcopos dis-  
 pensari, quamdiu non est deductum ad forum  
 contentiosum. Hæc ille & merito, siquidem  
 Exceptio debet esse de Regula, ut notatur  
 in Rub. de Reg. jur. in 6. Et ipsa Exceptio  
 habet firmare Regulam in omnibus alijs  
 casibus non exceptis 32. q. 7. c. Dominus.

CCC-  
 XXXI. 332. Optimè propositum tradit & ex-  
 plicat P. Caspen. 17. de Cens. sec. 17. n. 115.  
 Confirmatur. Per Irregularitates, inquit, provenientes ex  
 delicto occulto, intelliguntur à Concilio non so-  
 lum casus illi, qui à nemine sciuntur, nisi ab ipso  
 penitente, sed etiam omnes alijs occulti, dummo-  
 dō non sint deducti ad forum contentiosum. Itaq;  
 quantumcunque sint tales probabiles in foro ex-  
 terno, si tamen non sint deducti ad illud cadunt  
 sub

Sub dispensatione Episcopi, & dicuntur occulti, ut distinguuntur à publicis per denuntiationem, vel accusationem in foro contentioso coram legitimo iudice factam. Quare non requiritur delictum esse probatum vel declaratum, sed tantum ut sit deductum, quamvis reuera non sit probabile. Quòd si non probetur & absoluat & iudicetur reus innocens per sententiam, in tali casu res deducitur ad eum statum, in quo erat crimen ante accusationem vel denuntiationem & potest dispensari ab Episcopo, quando nec plenè, nec semiplenè est probatum. Quando verò plenè vel semi plenè probatum est crimen, quamvis absoluat à iudice forte delictum, non manet sicut ante, propter infamiam secutam ex semiplena probatione, & ita non manebit crimen occultum sicut ante. An verò tunc sit Irregularitas dispensabilis res est dubia. Et plures volunt non posse tunc Episcopum dispensare, quia iam delictum est publicum. Auila verò p 7. disp. 10. dub. 7. cum Henriq. & alijs, ait posse, quia iam satisfactum est scandalo publico per sententiam iudicis, & sic purgavit delictum Irregularitatis, & manet ià crimen sicut antequàm ad iudicem deferretur. Hæc ille, qui cum notanter dicat, occultum dici, ut distinguatur à publico per denuntiationem, &c. lucem etiam præbet intelligendi cæteros ferè authores, qui quandoque videntur contrarium sequi, loquentes de publico



blico atque etiam famoso, &c. per quæ non quoduis publicum vel famosum necessarid intelligendum sed conformiter explicatiõni datæ, prout singulariter aduertit Peyr. in *Constit. Pyrrhi. n. 42.* vbi, occultum, ait, hic non sumitur pro eo, quod à nemine scitur, sed prout contradistinguit à publico & famoso, etiamsi probabile sit; propterea enim additum est. *Exceptis alijs deductis ad forum contentiosum. Dicitur autem delictum publicum, statim ac denuntiatur est aut accusatum apud legitimum iudicem.* Ita Soar, *to. 5. in 3. p. disp. 41. sec. 2. n. 8.* Qui plura desiderat, legat Hugol. *de offic. & potest. Episc. c. 57. §. 2. n. 3.* Sa, *V. Manifestum. n. 4.* Sayr. *de Cens. l. 7. c. 13. n. 12.* qui & alios indicabunt.

ccc.  
XXXIII.  
Facultas  
pro casu  
occulto.  
Valeat in  
foro Con-  
suetudinis  
tantum.

333. Quomocunq; verò sumatur occultum, si Casus, postquam absolutionem vel dispensationem quis in casibus occultis obtinuit, fiant publici vel deducti ad forum externum, tunc absolutio seu dispensatio proderit solum in foro interiori, maximè si fiat cum restrictione ad forum interius. Nisi forsan iudex, prout potest, talem absolutionem seu dispensationem, pro foro etiam externo acceptare velit, iuxta dicta *V. Forum. n. 205.* vbi speciatim de Impedimento Matrimonij dispensato per S. Pœnitentiariam dictum est ex Sanch. quæ, vt idem do-

et l. 8. disp. 34. n. 57. in litteris dispensationis ita expressè se declarare solet, se nolle eas in foro externo suffragari, vt dum impedimentum est ad id forum delatum, ac in eo pendet, nequeat Confessarius dispensare, quasi iã nō existente impedimēto occulto. Vtrum verò quando sic dispensatur in Matrimonio irritō ob impedimentū occultum, vt iterum ineatur, sit iterum ineandū coram Parocho & testibus, vt possit iterū initi inter ipsosmet solos contrahentes, non obstante clausula in dispensationibus hīc apponi solita vt seruata formā Tridentini celebratur, &c. Vide dicta V. Matrimonium.

## OFFICIUM DIVINUM.

334. *Obligatio Minoritarum ad Officium Divinum.*  
*Constitutio Pij 5. 335. Decretum S. Congregationis.*  
 336. *Num liceat mutare Breuiarium? 337.*  
*Officium facere de Sancto, cuius habetur Reliquia insignis. 338. Non insignis. 339. Vbi titulus est Altraris seu Capella. 340. De Sanctis Diocesanis. 341. Mutare officium vnus diei in aliud.*

Hh 5

342. 173